

Virorum illustrium autoritate approbatam esse, ut vix contraria communis dici possit. Nihilominus illa videtur probabilior.

Ad Num. 4.

- 16 Qua retenta, & sic quod solo oleo conficitur Sacramentum; optimè Suar. d. vers. *Ultimò constabit*: respondet ad textum in d. cap. 1. de Sacram. non iterand. supponendo, quod in illa specie Confirmationis Sacramentum erat conferendum ei, qui solo oleo fuerat delinitus; quoniam propter opinionum varietatem oleum est materia dubia & Sacramentum in materia non certa; est interandum sub conditione D. Thom. 3. p. q. 66. art. 9. ad 4. Valent. tom. 4. disp. 4. q. 1. punct. 4. *versus finem*, Suar. sup. disp. 22. sect. 2. *vers. Sed quæres, cum seqq. Sà, verb. Baptismus, n. 3.* Vinald sup. tit. de Baptism. c. 5. n. 25. quod Valentia non est ausus inficiari: quare non expediebat, ut homo ille in dubio absque Sacramento Confirmationis relinqueretur; ex quo inferretur Pontificis esse non potuisse, ne Sacramentum conferretur, cum omninò foret necessarium, vel propter nullitatem primi actus, vel saltem ob dubium validitatis: sed volens Pontifex ostendere nihil iterandum: sed occultè supplendum defectum, quisquis ille fuisset, inquit: *Quod in cautè prætermisum est, cautè supplendum.* Per quod tacitè docuit, Confirmationis Sacramentum eidem denuò administrandum, quod omninò prætermisum fuerat; neque illa repetitio actus ejusdem iteratione Sacramenti inducebat, cum nullum præcessisset. Ex quibus colligitur, quod in specie d. c. 1. debeat confirmari, qui solo oleo sacro fuerat unctus, saltem sub conditione, ut tenent Cruz in *director. consient. p. 12. de Sacrament. Confirmat. q. 72. dub. 2. conclus. 1.* Dian. d. resol. 23. *vers. Sed quia prima.*
- 17 Quibus addendum est, dubium ibi Innocentio propositum, non fuisse circa valorem Sacramenti, nam planum erat, nullum esse, & ideo non respondit ad illud asserendo, vel negando, valuisse sed præsupposito, quod non valuerat, an illa actio Confirmationis esset iteranda propter scandalum, quoniam videretur ignaris, Sacramentum reiterari, quod erat hæresis Arrianorum, c. de Arrianis 109. de *Consecrat. dist. 4.* Quam quæstionem redè resolvit prædictis verbis Pontifex, nam cautè conferendo Sacramentum scandalum evitabatur.
- 18 Nec inepta fuit dubitatio, nam cum hoc Sacramentum non sit necessarium ad salutem (ut infra apparebit) videbatur minus malum, quod unus homo vel plures sine illo manerent, nam quod gravissimè scandalum generaretur ob reiterationem actus Confirmationis, quo putaretur, Catholicos Arrianis convenire; & utrique malo decisione Pontificia subventum est, nam cessat scandalum, & homo non caret Sacramento, si cautè conferatur, ut præcipitur,

Ibi: Nam quod antiqui.

- 19 Idem P. Suar. ubi proximè, *vers. Secundo principiè*, probat eruditè, quod D. Covarruv. asserit in presenti: nempe Christma apud Græcos ex vi propriæ significationis, unctionem cujuscumque materie significare, ex D. August. *tract. 33 in Joan. I. idor. lib. 4. origin. c. 2.* Idemque docet Calepinus in suo *dition. verb. Christma.*

Ibi: Ex quibus & illud est.

Quæ dicantur de necessitate Sacramenti, & quæ de necessitate præcepti, explicuimus nuper, nu. 12.

Ad Num. 5.

Confirmationis Sacramentum non esse necessarium ad animæ salutem, sed omitti pro libito posse, cessante scandalo, absque culpa lethali, est communis resolutio, Dian. *sup. resol. 20. & 25.* Fernand. de Hæred. in *disput. mixtis de Sacrament. distinct. 5. part. 2. dub. 1. num. 6.* Esti. *sup. §. 18.* Zambran. *dist. cap. 2. dub. 4. nu. 1.* Filiuc. *tract. 3. c. 2. quæst. 9. num. 41.* Barbof. *dist. allegat. 30. nu. 8.* Molfes. in *sum. tom. 1. tract. 4. c. nu. 21.* Vivald. *dist. cap. 5. nu. 6. 7.* Suar. *disp. 38. sect. 1.* Camerot. *dist. cap. de confirmat. dub. 4.* Valent. *supra, quæst. 2. punct. 3.* Sayr. de *Sacrament. in genere lib. 6. cap. 4. q. 1.* Victor. *conclus. 47.* Pitigian. *dist. 7. q. 2. art. 2.* Navarr. in *summ. c. 22. nu. 9. vers. 3.* Bonacin. *dist. disp. 3. punct. 2. nu. 2.* Quod ita verum est, ut qui coram tyranno Fidem protestaturus est, non peccet tyranno Fidem protestaturus est, non peccet graviter omitens hoc Sacramentum, etsi in periculo Fidei amittendæ constituatur; nam etiamsi per confirmationem robotentur in Fide, non tamen medium est unicum, siquidem per Orationem, Confessionem, & Eucharistiam idem auxilium, ac robor consequi possumus. An autem ex aliis circumstantiis peccetur mortaliter non suscipiendo hoc Sacramentum? Docet Suar. *ubi proximè, vers. ultimo.* Illud compertum est, si omittatur ex contemptu, culpam lethalem incurri.

Sed dubium est, an hæc omissio ad culpam venialem saltem imputetur; affirmant Cajetan. in *summ. verb. Confirmatio*, Navarr. *dist. n. 9.* Valent. *supr.* Negant Suar. *ubi supr.* nisi aliqua accedat circumstantia, veluti si quis non utatur hoc medio ad robor obtinendum, quando in periculo est fidei deserendæ

Ad Num. 6.

Ordinarium Ministrum Sacramenti Confirmationis solum esse Episcopum consecratum, est de fide; Trident. *dist. sess. 7. canon. 3. cap. Presbyteros 119. de Consecrat. dist. 4.* & notatur à Suar. *disp. 36. sect. 1.* Durand. in *rational. Divin. lib. 5. c. 48. n. 1.* Henric. *dist. lib. 3. c. 6. §. 1.* Chamerot. *sup. c. 5. de ministr. Confirmat.* Coninc. *dist. quæst. 72. n. 97.* Monet. de *commut. ultim. volun. c. 4. num. 110.* Filiuc. *supr. tom. 1. tract. 3. nu. 13.* Vgolin. de *potest. Episc. c. 25. nu. 2.* Sanch. *confi. moral. lib. 7. c. 1. dub. 11. nu. 4.* Bonacin. *dist. punct. 2. nu. 3.* Valent. *dist. quæst. 2. punct. 1.* Alphons. Alvar. d. *tit. de Confirmat. Navar. d. nu. 8. vers. Dixi*, Barbof. in *Collect. ad dist. c. quanto*, & licet Episcopus hoc Sacramento non sit robotatus, illud aliis potest conferre, Bonacin. *nu. 9.* Barbof. de *Allegan. 30. nu. 3.*

Ad Num. 7.

Hujus quæstionis resolutio infra tradetur. Non obstat istud primum argumentum; nam licet concedatur, Ecclesiam non posse mutare quoad substantialia materiam, formam, vel ministrum à Christo Domino determinatum in institutione Sacramentorum Trident. *sess. 21. cap. 2.* Reginald. *lib. 26. n. 15.* Bonacin. *supr. disp. 1. quæst. 2. punct. 1. num. 11.* & num. 13. diximus: simplex Sacerdos ex divina ordinatione est extraordinarius minister hujus Sacramenti per commissionem Summi Pontificis, *cap. pervenit. 95. distinct. Suar. dist. disp. 39. q. 2.* & alii infra referendi ad num. 56. Quod maximè

maximè expedivit, quia non ubique fideles habent Episcopum, à quo confirmarentur, & facilius simplex Sacerdos inveniretur, sic Coninc. *quæst. 7. artic. 3. num. 46.* Filiuc. *dist. tract. 3. cap. 1. quæst. 2.* Bonacin. *num. 5.*

Ad Num. 8.

- 27 Sacerdos hæreticus, depositus, aut quomodocumque ab Ecclesia præcisus, debita materia, forma, & intentione adhibita Eucharistiæ, conficit Sacramentum, *cap. non nocet 89. cap. dictum. 96. 1. quæst. 1. c. non in vobis 43. de consecrat. dist. 4.* ubi Gloss. *verb. Foris*, Gloss. in *cap. Dominus declaravit 87. verb. Sacrificio*, *ead. q. 1. Victor. de Eucharist. num. 92.* Tolet. *l. 2. cap. 28. n. 1.* Suar. *disp. 65. sect. 3. vers. fin. & disp. 72. sect. 4. art. 7.* Marant. de *ordin. judicior. p. 4. dist. 11. n. 73.* Rojas, *sing. 83. vers. Sed supradictis*, Steph. Gaet. in *cap. ad limina, §. 6. n. 62. 30. quæst. 1. Perez in l. 1. vers. Ego tamen, tit. 3. lib. Ordin. Valent. disput. 6. quæst. 10. punct. 1.* Navarr. in *cap. 1. §. labores, n. 4. & in fine, n. 13. de panit. dist. 6.* Bonacin. *disp. 4. quæst. 5. punct. 1. n. 2.* Sanch. *ubi proximè.* Etiam si fuerit solemniter degradatus, Sayr. de *Sacrament. in gener. lib. 2. c. 6. art. 5. vers. Ad quintum.* Coned. ad *Decretal. collect. 65. n. 4. & pract. ac Canon. quæst. lib. 1. q. 30. n. 85.* Perez in *l. 1. gloss. 5. tit. 1. lib. 5. Ordin.*

Ibi: Ex quo manifestè convincitur.

- 28 Episcopus similiter ab Ecclesia separatus non amittit potestatem conferendi Confirmationis Sacramentum, Suar. *dist. disput. 36. sect. 3. vers. Dicendum est ergo*: (qui contrarium erroneum dixit *ibid. vers. Propter hanc*: ) Bonacin. *d. disput. 3. punct. 2. n. 6.* Sà in *summ. verb. Confirmatio, circa finem*, Henric. *lib. 2. cap. 6. n. 2.* Reginald. in *praxi fori penitentialis, lib. 21. n. 19.* Barbof. *d. allegat. 30. n. 2.* Marius Alter. de *ensur. tom. 1. lib. 1. c. 3. disp. 6.* Filiuc. *tract. 3. cap. 2. quæst. 3. n. 29.* & generaliter Ministri improbitas non impedit valorem Sacramenti, Vazq. *tom. 2. in 3. part. disput. 13. c. 2. & 3.* Lug. de *Sacrament. in gener. disputat. 8. sect. 2. n. 12.* & omnes communiter Ratio est, quoniam etsi ab Ecclesia Episcopus, vel Sacerdos præcisus privetur sui Ordinis usu, ipso ordine privari non potest, quandoquidem characterem retinet indelebilem, atque ita nequit impediri per Ecclesiam, ne faciat validè, quod ratione talis Ordinis ex Christi institutione potest; Suar. *dist. sect. 3. vers. Tertio, quia Ecclesia*, & *disputat. 72. artic. 7.* Sanch. *dist. dub. 11. num. 4.*

Ibi: Secundo, ut alias rationes omittam.

- 29 Ad has rationes, quæ in argumentum adducuntur satisfit ex dictis in responsione ad præcedens, nam simplici Sacerdoti data est potestas confirmandi à Christo Domino non absoluta, sed subordinata Pontifici voluntati, cui liberum est committere, vel non, munus administrandi id Sacramentum, prout necessitas postulaverit, Suar. *dist. disp. 36. sect. 2. vers. Ad argumenta.*
- 30 Ad fundamentum ex c. fin. de consecrat. Eccles. vel alter, dicendum est, ideo non posse simplicem Sacerdotè etiam ex delegatione Episcopi administrare hoc Sacramentum, quia ex institutione Christi Domini desideratur commissio Romani Pontificis, cui tantum specialiter indulget potestatem, ut possit ministrum hoc Episcopi demandare, quod Episcopus non concessit: ita cõmuniter DD. de quo Angles *Faria addit. ad Covar. Tom. 1.*

*sup. tit. de Confirmat. Barbof. sup. num. 4.* Navarr. *co. f. 14. n. 2. de privileg. in novis. Coninc. & Monet. ubi proximè, Graff. part. 2. lib. 1. cap. 5. n. 29. 30.* Fr. Emman. *question. regular. tom. 1. quæst. 18. artic. 3.* Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 4. vers. Imprimis.* Bonac. *dist. disp. 3. n. 8.* Suar. *dist. sect. 2. vers. Secunda pars.*

Ibi: His quidem, & aliis fundamentis.

Quod simplex Sacerdos neque ex delegatione Patris potest Sacramentum hoc administrare, præter laudatos hic à D. Covarr. senserunt, Albert. in *4. dist. 7. art. 4.* Bonavent. *ead. dist. art. 1. quæst. univ. 3.* Gabriel. *quæst. univ. artic. 2. concl. 3.* Sed contrarium est tenendum, de quo infra num. 56.

Ad Num. 9.

Minores Ordines Sacramenta non esse, cum Durando tuerent Magist. sent. 4. dist. 24. ubi eos ab Ecclesia introductos esse asserit, Navarr. *dist. cap. 22. n. 18.* Sot. in *4. dist. 24. quæst. 1. artic. 4.* Vazquez *disp. 237. c. 2. in princip.* Medin. de *Sacror. homin. continent. l. 1. c. 46.* Martin. de *Ayala de tradit. Apostolor. part. 2. c. de Ordine, §. Synodus*, Layman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 54. n. 4. vers. Assertio quarta in fine*, & Sanch. hoc probabilissimum dixit, de *Marrimon. lib. 7. disp. 31. num. 17.* Contrarium tamen receptius est, Suar. *d. vers. Ad argumenta*, Bonac. de *Sacram. Ordin. disp. 8. quæst. univ. punct. 2. n. 1. vers. Tertia sententia*, Coninch. *disp. 28. dub. 6.* Valent. *d. tom. 4. disp. 9. quæst. 1. punct. 4.* *vers. Tertia opinio*: Victor. de *Sacram. num. 226.* Bellarmin. *tom. 3. lib. univ. de Sacram. Ordin. cap. 6. 7. 8.* Molfesi *tract. 2. cap. 1. n. 26.* Franc. Ferrariens. *lib. 4. contra gentes, c. 65.* Aug. Barbof. de *potest. Episc. p. 2. alleg. 2. n. 21.* Sanch. *confi. moral. lib. 7. c. 11. dub. 7. n. 3.* Thom. Valas. *tom. 1. alleg. 2. n. 9.* Hurtad. de *Sacram. tom. 2. tract. de Ordin. dist. 9.* Cardof. in *prax. Judic. verb. Sacramentum, tract. de Sacram. Ordin. quæst. 3. num. 3.* Campan. in *divers. jur. Canon. rub. 1. n. 13.* Turrescremat. in *cap. Cleros, n. 12. 13. dist. 21.* Tabienain *summ. verb. Ordo. 1. quæst. 5. Abul. super c. 26. Matth. quæst. 74.* D. Bonav. in *4. sent. dist. 24. p. 2. art. 1. quæst. 1.* Viguer. *lib. Instit. c. 16. §. vers. Tertio*, & à Christo Domino quatuor minores Ordines fuisse institutos, expressim asserunt Sanch. *n. 4.* Barbof. à Ledesin. de *Sacrament. Ordin. dub. 1.* Viguer. *vers. Quarto*, Vvaldens. de *Sacram. cap. 116.* Palacios in *4. sentent. distinct. 24. quæst. 1.* Capreol. *ibi, quæst. 1. artic. 3. ad 2.*

Ibi: De prima quidem tonsura.

De prima Tonsura dubitatur, nam Theologi negant communiter Sacramentum, aut Ordinem esse, sed dispositionem quandam ad Ordines, sicut novitatus ad Religionem; quod insinuare videtur Trident. *sess. 23. de reform. cap. 2.* & sustinent Dian. *part. 6. tract. 8. resol. 29.* Dicastill. de *Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 2. n. 18.* Leand. cum plurimis eod. *tract. tom. 2. tract. 6. disp. 1. q. 4.* Sanch. *sup. dub. 6. n. 6.* Bonacin. *d. q. univ. punct. 1. n. 6.* Sed Sacramentum, & Ordinem esse, defendunt Jurisperiti, sequenti Glossam magnam, *verb. Episcopatus, in proem. l. 6. Decretal.* Ita tenent Gregor. Lop. in *proem. tit. 6. part. 1.* Vivian. in *prax. jur. patron. part. 2. lib. 6. c. 1. n. 7.* Garc. de *benefic. p. 7. c. 1. n. 1.* Guid. Pap. *decis. 449. n. 1.* Mart. *vor. 14. n. 2.* quam opinionem apud Rotam obtinuisse, testis

restis est Barbof. in remission. ad d. c. 2. Concil. n. 1. ad finem, qui plurimos utriusque partis Authores laudat: ipse tamen dubitat, dist. allegat. 2. num. 18. Adde textum in cap. cum contingat. 11. de stat. ordin. ubi Gloss. verb. Abbati.

Ad Num. 10.

35 Possit Papam committere simplici Sacerdoti collationem minorum Ordinum, est fere omnium, Suar. ubi proximè, Victor. num. 234. Bellarmin. de Cleric. lib. 1. cap. 27. Nugn. in 3. p. D. Thom. quest. 38. art. 1. Azor. p. 2. l. 4. c. 1. quest. 12. Henric. lib. 10. c. 23. Valent. dist. disp. 9. p. 2. punct. 1. in princip. Filiuci tract. 9. c. 5. quest. 2. Bonacin. sup. punct. 4. n. 3. Sic Nicolaus III. per Bullam, quam adducit Rodrig. in Bullar. & est 2. inter bullas hujus Pontificis, concessit Fratribus Dominicanis, ut possint de novo conversis ad fidem Ordines minores conferre. Pellizzar. in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. c. 2. num. 180. Sanch. dub. 18. n. 6. hoc adversus alios ampliat, etiam si Pontifex non sit Episcopus consecratus Sed n. 7. cum D. Thom. Paludan. Capreolo. Victoria, & aliis docet, non posse hujusmodi delegationem facere, ei qui Presbyter non sit; & n. 8. contra Petr. Sot. lect. 5. de Ordin. probat. Episcopis non licere; horum Ordinum collationem simplici Sacerdoti committere ubi refert Victor. d. n. 234. & alios.

36 Abbates Regulares benedicti, quasi Episcopalem jurisdictionem habentes ex commissione, ac privilegio Sedis Apostolicæ poterant de jure communi subditis suis, tam Secularibus, quam Religiosis Ordines minores conferre cap. Abbates 3. de privileg. in 6. Flores de Mena variar. lib. 3. cap. 24. n. 14. Mirand. in manual. Prelator. tom. 1. quest. 38. art. 9. conclus. 1. Rebuf. in prax. lib. 1. tit. de Cleric. & à quib. num. 14. Valent. d. disp. 9. quest. 3. punct. 2. Tamburin. tom. 3. de jur. Abbat. disp. 5. quest. 11. num. 70. Bonac. dist. n. 3. Grassis aure decision. part. 1. lib. 3. cap. 5. de regular. n. 142. 156. Azor. p. 1. lib. 12. c. 10. quest. 7. & part. 2. lib. 3. cap. 48. quest. 15. Sanch. d. cap. 1. dub. 19. nu. 5. 11. 12. facit textum in dist. cap. cum contingat, & in cap. 1. 69. distinct. sed ad hoc eos Sacerdotes esse oportet.

37 Hodie verò talis facultas coarctata est ad subditos Religiosos per Trident. sess. 23. de reformat. cap. 10. Barbof. de potest. Episcop. allegat. 3. n. 12. 13. Nald. in summ. verb. Abbas, nu. 3. Pellizzar. n. 176. Rota apud Seraphin. part. 1. decis. 985. Suar. de Religion. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 29. n. 21. Machad. tom. 2. lib. 5. part. 3. tract. 1. document. 2. n. 2. Castr. Palao tom. 4. tract. 27. punct. 14. n. quamvis refragetur Sanch. sup. n. 19. 20. quia non sit in dist. cap. Concilii, expressim mentio de privilegio Abbatibus concessio per generalem Sinodum, de quo Dian. part. 11. tract. 2. resol. 17. & 30: ubi late.

38 Ad admisso, quod derogatum est privilegio Abbatum per Tridentinum, ut fert Communis; controversatur, utrum novitii possint per Abbates Ordinibus minoribus initiari? affirmant Gloss. in dist. cap. Abbates, de privilegiis in 6. Suar. sup. num. 12. Pellizzar. num. 177. Layman. lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 2. Tamen communis sententia est in contrarium; Gratian. discept. forens. c. 741. num. 6. Hieronym. Roderic. in compend. resolut. resol. 108. n. 1. Henric. d. lib. 10. cap. 23. §. 3. in comment. lit. G. Emman. Rodrig. quest. regul. tom. 3. q. 23. art. 1. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 9. n. 9. Barbof. dist. alleg. 3. n. 8. Dian. dist. resol. 30. in fine, Navarr. sup. c. 27. num. 158. Mirand. in ma-

nual. Prelator. tom. 1. quest. 38. art. 9. concl. 2. in fine, Lap. in c. cum nullus, n. 3. de tempor. ordinat. in 6. Ancharan. ibi, num. 3.

Cardinales item Presbyteri minores Ordines ex 39 tacita concessione Pontificum suis familiaribus conferunt; Valent. d. punct. 2. Bonacin. d. num. 3. sed Sanch. dist. dub. 19. num. 21. tale privilegium, & consuetudinem sublatam esse putat, per d. c. 10. Consilii, quem pluribus laudatis impugnat Dian. p. 5. tract. 2. resol. 4.

Ibi: Atque ita verius censeo.

Majorum, seu Sacrorum Ordinum collationem 40 non posse Pontificem simplici Sacerdoti committere communiter tenetur, Sanch. d. dub. 18. num. 10. Bellarmin. de Sacram. Ordin. cap. 7. prope finem, Henric. dist. lib. 10. c. 23. Suar. de Relig. tom. 1. disput. 11. sect. 2. n. 6. Emman. Rodrig. sup. tom. 1. quest. 18. art. 3. Barbof. dist. alleg. 3. nu. 4. Bonacin. d. nu. 3. verj. Ordo vero, Victor. in sum. n. 217. Vivald. in candelab. aur. tit. de Ordin. §. de Minister. vers. Octavosi Papa, Navarr. cons. 14. de privileg. Petr. Sot. lect. 5. de Ordin. Tabien. verb. Abbas, quest. 5. Bartholom. à Ledesma. de Sacram. Ordin. dub. 11. Scot. in 4. dist. 24. quest. 1. art. 3. Deza ibi, quest. 2. art. 4. Martin. Fornar. de Sacrament. Ordin. cap. 5. n. 2.

Sunt tamen qui sentiunt, posse Ordinem Diaconatus, ac Subdiaconatus administrari à simplice Sacerdote ex commissione Summi Pontificis; de quo Filiuci. d. tract. 9. cap. 5. quest. 2. n. 94. qui in Subdiaconatu loquitur, Turrian. in addition ad concilium Nicen. cap. 4. Victor. n. 235. Vazq. de Sacram. Ordin. disput. 243. c. 4. Pellizzar. n. 176. pro quibus est Bulla Innocentii VIII. quam refert Rodrig. in bullar. & est quinta in ordine, qua indultis Abbatibus Cistercii, qui est Generalis illius Religionis, ut possent Diaconatum, & Subdiaconatum omnibus suis Religiosis conferre; Abbatibus verò particularibus ejusdem Ordinis, ut hoc ipsum facerent unusquisque in proprio Monasterio quoad Religiosos sibi subditos: & Victor. dist. n. 235; testatur, se vidisse Bullam, in qua Pontifex simplici Sacerdoti concesserat, ut possent Subdiaconatus Ordinem conferre.

Ad Num. 11.

De potestate necessaria ad absolutionem Sacramentalem, Valent. d. tom. 4. disp. 7. quest. 10. punct. 2. Becan. de Sacrament. c. 38. quest. 2. Bonacin. de Sacrament. penit. disp. 5. quest. 7. punct. 1. n. 7. cum sequentibus, Coninc. disp. 8. dub. 2. Filiuci. tract. 7. c. 7. quest. 4. Lug. de Sacrament. Penitent. disp. 19. per totam: & plurimi congesti à Barbof. in remissionibus ad Concilium Trident. Sess. 14. num. 1.

Ex quibus sunt nonnulla observanda. Primum, potestatem jurisdictionis ad absolvendum esse necessariam de jure divino, Becan. n. 2. Suar. tom. 4. de Penit. disp. 24. sect. 2. n. 7. Bonacin. sup. dist. n. 7. Secundum in articulo, aut periculo mortis, quemlibet Sacerdotem habere absolvendi potestatem, quam Ecclesia illo casu delegat; & sic non est de jure Divino, sed Ecclesiastico; ita Sot. Turrecremata, Medina, D. Bonavent. & Antonin. apud Becanum sup. quest. 4. n. 2. Bonacin. num. 9. Vazq. tom. 4. in 3. part. quest. 93. artic. 1. dub. 3. & 4. Lug. disputat. 20. section. 10. n. 201. Tertium, à peccatis venialibus licere cuilibet Sacerdoti absolvere, quia hæc non subjiuntur clavibus Ecclesiæ, cum non debeant de necessitate confiteri, atque ita penitens potest se subijcere cuilibet habenti Ordinis potestatem applicando materiam ab omni jurisdictione

tionem liberam, Becan. ex aliis quæ. 6. Dian. part. 9. tract. 9. resol. 29. vers. Dices, B. nacin. num. 8. Suar. sup. n. 8. Vazq. dist. artic. 1. dub. 6. num. 5. & alii plures. Idemque est de mortalibus jam ritè confessis; & hæc locum obtinent etiam in Sacerdote hæretico, vel degradato, ut ipsi advertunt.

Verf. Tertio probatur.

46 Textus in dist. cap. per venit, 95. distinct. meminit Suar. dist. disp. 36. sect. 2. vers. Dicendum verò est, ubi ab objectione Durandi, & Paludani aliter Pontificem defendit, sentiens, potuisse eo casu errare, quia non definiebat, aut docebat, sed dispensabat; ait tamen, non esse verosimile, Virum tam sanctum, ac doctum Ecclesiæ Præsulem, in re adeo gravi, & quæ esset maximi detrimenti toti provincie illi, se periculo errandi exposuisse, sed quod omnino certum erat sibi licere, fecisse. Alias solutiones ad idem caput refert, & impugnat idem Suar. vers. Est autem, cum seqq. Sed an Pontifex errare possit in eis, quæ circa mores statuit non pro universa Ecclesia, ut in præsentia, disputatur? de quo Barbof. in cap. si Papa, num. 25. cum sequentibus, 40. dist. Albert. de assert. Catholic. quest. 30. n. 22. Cardin. Bellarmin. lib. 4. de Roman. Pontific. cap. 2. vers. His notatis, Dian. p. 11. tract. 2. de infallib. Decret. Rom. Pontific. ext. Concil. resol. 13. qui late probat, Papam ex Cathedra quicquam determinantem, nunquam errare posse; per totum tractatum.

Ad Num. 12.

47 Diximus sup. num. 5. Pontificem aliquid circa fidem definitum errare non posse, quod est de fide, ac probant ultra laudatos ibi, Cano in loc. Theolog. lib. 6. cap. 3. propos. 3. Albertin. ubi sup. dist. quest. 30. à n. 19. Dried. lib. 4. de dogmatib. cap. 3. n. 3. Vvaldens. lib. 2. fidei cap. 47. 48. Victor. in relect. de potest. Eccles. Caramuel in Theolog. fundament. fund. 8. n. 169. Dian. ubi proximè, resol. 2. qui tenet, Papam nec ut personam privatam circa fidem errare posse, resol. 12. vers. His tamen. Imò neque in rebus moralibus, quas tradit pro universa Ecclesia: quod verum est quoad substantiam; nam quoad circumstantias errorem potest pati, veluti multiplicando præcepta, vel excedendo in poenarum impositione; Suar. de fid. disp. 5. sect. 8. num. 4. 7. D. Anton. 3. part. tit. 12. cap. 8. §. 2. Cano, sup. lib. 5. cap. 5. quest. fin. Molin. de just. & jur. disp. 325. Bellarm. d. lib. 4. de Rom. Pont. c. 5. Innocent. in c. per venerabilem; qui fil. sint leg. Aug. Barb. in collect. ad dist. c. si Papa, num. 23. ubi latissime, Valent. de object. fid. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 40. Bañes, 2. 2. quest. 1. artic. 10. dub. 6. Dian. resol. 13. vers. Verum bis, qui testatur, ita definitum esse per Martin. V. in Conc. gener. Constantiens. in Bulla, quæ incipit: Inter cunctas pastoralis, quæ est post ultimam sessionem Concilii.

48 Questionis est, num Pontifex teneatur Cardinalibus consulere in causis Fidei, & aliis gravibus ad earum decisionem? Et pro utraque parte est communis opinio, teste Cevall. tom. 1. quest. 645. de quo disputat Barbof. ubi proximè à num. 15. ad 22. & tandem resolvit, non esse necesse à Cardinalibus consilium postulare. Est tamen conveniens eos congregare, ut si receptum est; nam licet assentientia Spiritus Sancti infallibilem definitionem reddat quoad causas Fidei, vel pertinentes ad statum universalem Ecclesiæ; non idem contemnenda sunt humana media, quæ ad rectam decisionem possunt conducere: & hanc sententiam tenent Cardinal, Faria addit. Covar. ad Tom. 1.

Jacobar. de Concil. l. b. 7. art. 5. Valenquel. in monit. Paul. §. p. 6. n. 97. 98. Dian. part. 5. tract. 2. resol. 4. vers. S. d. bis, Manfred. de Cardinal. dist. 137. Bobad. in polit. lib. 2. c. 4. n. 16. Mench. illustr. c. 23. Chaffane. in cathalog. glor. mund. part. 3. confid. 47. Cevall. q. d. 645. n. 3. cum seqq. Marth. Ant. Cucch. de institut. majoribus, lib. 2. tit. 2. de Summo Pontif. n. 59. Gab. Paleoth. de Sac. Consistorii consuetat. part. 1. q. 3. Dionys. Paul. de vera quat. Patriarchal. Sedium erection. cap. 20. numer. 18. Mascard. de probat. conclus. 262. n. 56. Ad textum autem in cap. per venerabilem 13. §. qui autem, vers. Sunt autem, qui fil. sint legit. juncto cap. fundamenta 17. §. decet, de elect. in 6. ex quibus multi apud Barbof. Cevall. & Menchac. contrarium tenent, Respondetur, non probari, esse de necessitate consilium petere à Cardinalibus, sed de honestate, ac decencia.

Ad Num. 13.

49 Quod Pontifex errare non potest in Sanctorum canonizatione, cum D. Covarr. DD. communiter asseverant: D. Bernard. episc. 147. ad Lugdunens. Bellarmin. de Sanctor. beatitud. cap. 5. D. Anton. ubi sup. Suar. dist. sect. 8. n. 8. Azor. tom. 2. lib. 2. c. 6. q. 5. Valent. tom. 1. disp. 2. q. 1. punct. 7. §. 40. vers. Itaque quod ad Anconit. de potest. Ecclesiæ, q. 14. art. 3. Dried. de dogmatib. c. 1. Jacob. Castellan. de canonizat. Sancti. q. 9. art. 3. Mascard. de probat. conclus. 261. num. 56. Barbof. ubi proximè, n. 28. cum seqq. Dian. dist. part. 11. tract. 2. resol. 15. vers. Verum omnino: & resol. 18. ubi ait, hoc esse de Fide, ex Turrian. 2. 2. tom. 1. disp. 17. Dub. 6. Castr. Palao tom. 1. tract. 4. disp. 1. punct. 5. §. 4. n. 2. Arriag. in cursu Theolog. tom. 5. disp. 9. sect. 5. n. 28. Et quid de Beatificatione, docet idem Dian. resol. 17. licet teneant contra præcipuam conclusionem aliqui laudati à Mascard. sup. in principio, quorum opinio impia, & temeraria est censenda; Vvaldens. tom. 3. doct. tit. 14. cap. 11. & sequenti, Castro lib. 1. de just. heret. punit. Anconit. dist. quest. 14. & seqq. Suar. ubi proximè, Dian. dist. resol. 18.

Verf. Qui autem.

Ita hunc locum, qui D. Augustino tribuitur, solent DD. interpretari, vide Barbofam. ubi nuper, qui aliter eum intelligit. Ultra quæ dici poterit, de eo cultu, quem Sanctorum Canonizatorum Reliquiis exhibemus, ea verba non esse intelligenda, sed de quadam reverentia, qua sæpius profequimur cadavera hominum, quos sanctitate, ac eximiiis virtutibus floruisse credimus, in quo falli possumus, quia forsitan eorum animæ cruciantur in inferno & tamen licitum, ac pium putatur, ex sola morali certitudine per famam, aut ab homine fide digno habita hujusmodi hominum reliquias venerari: Azor. tom. 1. lib. 9. c. 8. quest. 8. Pellizzar. dist. tract. 8. cap. 5. num. 77. vers. Adverto sexto, Sanch. in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 4. Fagund. in prim. præcept. Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 6. Sed novissime emanavit decretum Sacre Congregationis generalis, ac universalis Inquisitionis die. 2. Octobris anno 1625. quo Urban. VIII. statuit, ne alicujus hominis, etsi de ejus martyrio; aut sanctitate egregia esset fama, Reliquias, vel privatis, liceret, antequam ab Ecclesia Beatus declareretur, aut canonizetur, Barbof. in remission. ad Concil. Trident. sess. 25. cap. de invocat. venerat. & reliq. Sanctor.